

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV

Weidenfeld, Johann S.

Londini, 1684

101. Menstruum faetens ex vitriolio & cinabrio Lullii

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-96282)

101. Menstruum fætens ex vitriolo
& cinabrio Lullii,

P. 371. Magiæ Naturalis.

Post quartam destillationem aquæ supradictæ (*Aquæ vitæ sive ardentis ex vino philosophico*) septies destilla cum bono cinabrio & vitriolo in æquali pondere, semper in qualibet vice novas res imponendo, & in qualibet destillatione materiam lapidis (*Vitriolum & Cinabrium*) bene siccando, antequam Aquam (*vitæ*) infundas, &c.

102. Idem Menstruum fætens
Lullii,

Epist. accurtatoria, pag. 327.

Destillato lapide vegetabili (*menstruo vegetabili sive potius aqua ardente vel spiritu vini philosophici*) usque in eam destillationem quod tota aqua sine phlegmate sit, & hoc in quinta vice contingere solet. Tunc habeas vitrioli bene lucidi & optimi cinabrii in æquali pondere, & insimul miscendo optimè tere, & in sole desicca, donec tota aquositas exiverit. Tunc projice intus Aquam tuam, & destilla lento igne in principio, & in fine forti, ut moris est in aqua philosophorum acuta, & tunc spiritus quintæ Essentiæ vitrioli & cinabrii, quæ principaliter constituunt lapidem mineralem (*menstruum minerale*) misceantur & conjungantur cum spiritu quintæ Essentiæ aquæ ardentis, qui spiritus est lapidis vegetabilis. Et hoc continua usque ad decem vices, puta à quinta incipiendo (*quinques post spiritus vini phil. quintam rectificationem*) & sic cum istis corporibus (*vitriolo & cinabrio*) continua destillationes quinques. Et habeas in mente, quod res sint optimè desiccatae & aridae, antequam in aquam projicias, sic ut tota aqua (*totum phleg-*